

DISPV T. 733.

De adulatore, & receptatore.

- 1. Restituere in defectum executionis quis vt palpo, seu adulator teneatur.
- 2. Receptor quis dicitur, vt tanquam concussa restituere teneatur ablata, damnare data, etiam concussando ne restituito fiat. Cum receptoribus comprehenduntur, qui alios in iudicio aut alibi defendunt, ne aliena reddant. Et quousque ad penam licet nihilominus malefactores in iudicio defendere.
- 3. Receptores ad ludum, ad conuersiones, & ad similia tanquam concussa, quod aliena ibi distrahantur, aut consumantur, quousque restituere teneantur.

Palpo siue palpator, licet is sit, qui adulator, eo tamen vocabulo, in re præsentis, intelligitur quicumque, vel laudando, vel etiam exprobando, irridendo, aut murmurando de aliquo, vel quouis alio simili modo, illum ad damnum iniustum proximo suo inferendum mouet, vel sumendo de alio vindictam, vel quouis alio modo. Talis quippe restituere teneatur dampnum totum, cuius, ita alterum mouendo, fuerit causa aut concussa. Teneatur tamen in defectum executionis, vt infra dicitur. Exemplum est, vt si quis alterum ad vindictam moueat, proponendo illi suam nobilitatem, aut gella suorum maiorum, vel illi exprobando adulterium vxoris, aut alio quouis simili modo, teneatur enim, tanquam cõcausa illorum iniusta, ad damna omnia se lesequuta, non solum, si illa intendit, sed etiam in attendere debuit, id inde legi posse.

Rekursus nomine in re præsentis intelligitur, qui vel recipiendo aliquem, vel prædam illi adseruando, vel aliquo alio modo, illi securitatem præbendo, ad eum eum adiuvando, in causa est, vt dampnum ali quod iniuste inferat, aut vt, postquam illud iniuste, id non restituit. Teneatur enim restituere dampnum omne, cuius aliquo modo fuerit concussa ob tate ad iutorium, vires aliquo modo & animum illi augendo, aut conseruando, securitatem vt aliqua ex parte illi præbendo: atque restituere etiam illi teneatur damnum, cuius licet ipse non lucretur causa, fuit tamen ea ratione impedimento ex parte, ne id restituere teneatur, aut recuperaretur. Atque cum his, & cum palpatoribus, computare, seu comprehendere, possunt eos qui nullum coram iudice defendendo, aut excusando, aut etiam coram dñum iniuste passio, vel coram patres illius agente, in causa sunt, ne restituere cogatur.

Quando tamen simul conueniuntur ad penam illi pro eo delicto imponendam, tunc, quantum ipse se possit licet defendere, tantum liceret cum adiuvare modo, si adiuvanti constaret, illum dampnum iniuste deesse, quod in conscientia foro restituere teneatur, nulla expectata sententia, prouideret, vt id illi occulte restituere, si esset solvendo, aut, si solvendo non esset, præstaret sufficientem cautionem, quam lem attentis circumstantijs concurrentibus, præstare tunc posset. Obserua autem, nos hoc loco solum loqui de receptoribus, quatenus concussa sunt damni iniuste dati. De receptoribus autem aliter delinquentium, & de penis illis statutis, ius in locis est dicendum. Atque dum supra de penis iustum, ac raptorum, dictum est, sermo etiam est habendus de penis illos recipientium.

De ijs autem, qui in domo sua recipiunt ad ludendum, aut ad comedendum ac bibendum, filios fami lias,

quantur: scholastici verò, qui iniuste suffragia tulerunt, sunt, qui contra iustitiam peccauerunt, quique ad restitutionem damni iniuste dati tenentur. Deinde, quamuis in capitulis cathedralium ecclesiarum, ipsi, qui suffragia tulerunt, essent, qui rem executionis mandarent, sanè, neque dampnum ipsi darent, neque contra iustitiam peccarent, aut contra aliam virtutem, iuxta maiorem suffragiorum partem, collationem executionis mandantes: quoniam similiter suffragia, etiam iniuste, iustitia ius contulerunt ad canonicum electo eis suffragijs, illique post ea suffragia canonicatus esse debitus: qui autem primò vsque ad maiorem partem suffragia eo modo iniuste tulerunt, tenentur ad restitutionem damnorum iniuste eis suffragijs illatorum: quare ex equo post talia suffragia non est iniusta, neque, qui ad illa post suffragia cõcurrunt, causa fuit iniusta, ita ad illam concurrente. Quando autem executio post suffragia, aut post definitionem aliam factam a maiori parte communitatis, esset mala, aut iniusta, tunc peccare contra iustitiam, qui ad eam iniustam executionem cooperaretur, neque vlla partes communitatis, aut aliqui alij, quibus præcipitur executio illa, teneantur, aut possent, tali præcepto, vt potè in quo, patere, quin potius ibi haberet locum illud Petri & Ioannis Actorum 4. Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate.

Sunt verò circa hæc nonnulla obseruanda. Primum est. Quando collatio pendet à maiori parte suffragiorum, aut consensum, tunc, qui antequam maior pars suffragiorum esset pro aliquo lata, pro illo iniuste suum suffragium daret, esse sciret, maiorem partem habentium suffragium, pro eodem suffragia laturam, eaque de causa ipse pro illo suffragium tulerit, alioqui minimè pro illo suffragium iaturus, teneatur nihilominus, vna cum cæteris, qui ante alios maiorem suffragiorum partem pro illo dederunt, restituere damna inde iniuste sequuta. Quoniam ipse reuera cooperatus est suo suffragio ad id damnum iniustum: & quòd alij id dampnum essent post ipsum datur, nisi ipse illos antequam, nõ tollit, quòd ipse id dampnum iniuste re uera dederit.

Secundum est. Qui post maiorem suffragiorum partem pro aliquo latam, suffragium suum pro illo eodem iniuste ita dant, vt impedire non possint datum plene ab alijs suis suffragijs iniuste datum, restituere non teneantur, quòd illi iniuste fuit collatum, vt dictum est, neque item iacturam honoris, aut famam, eius, qui ad id eligi debebat, si tamen suis suffragijs auxerunt iacturam de decore ac infamia, quatenus maius dedecus & maior infamia est, aliquem excludi maiori suffragiorum copia, quam minori, teneatur id damni augmentum illi restituere, quatenus concussa iniuste illius fuerunt.

Tertium est. Eos, qui sua vota in capitulo renuntiant, attendentes, aut attendere debentes, id in causa esse, quòd aliquid iniuste fiat, dum ea ratione præualent suffragia eorù, qui iniuste aliquid conferunt, aut decernunt, & peccare lethaliter, & restituere teneantur damna, que inde fuerint sequuta, q̄ ipsi suffragia non tulerint quoniam ex officio tenebantur tunc impedire ea damna, tanquam partes totius communitatis, cui ius suffragij ad id est tributum. Eadem ratione, partes capituli, que proponendo aliquid circa id, de quo agitur, aut aliquid manifestando, impedire in capitulo poterunt, ne aliquid ab eo capitulo, ac communitate, iniuste fieret, cum ex munere ad id proponendum, iuxta ordinem in eo capitulo ac communitate præscriptum, teneantur, & lethaliter peccant, si id omittant, & ad restitutionem damnorum inde subsequutorum tenentur. Ita In hoc. cap. 1. de ijs que à maiori parte capituli. & Syluest. verb. con sensus. quaest. 1.

lias, & alios, qui ludant ac consumunt res, de quibus cõstat, aut suspicio est, alienas esse, num illarum rerum dominis restituere teneantur res ita consumptas, tanquàm concussa talis iniuste consumptionis. Dicendum est. Si ita recipientes, aliquid earum rerum accipiant, vel in stipendio receptionis, vel in precium pro rebus, quas illis tradunt, restituere teneantur, q̄ ita accipiunt, ratione rei acceptæ, & ratione in iustæ acceptationis. Nisi, semoto omni dubio psumat, earum rerum dominos non velle restitutionem: eo quòd solum sint iniusti, quòd res ipsorum alienentur: postquam autem alienate aut consumptæ sunt, restitutionem cõtemnant. Si verò recipientes, nihil earum rerum recipiant, sed solum permittant in ipsorum domibus eas res ludi aut consumi, tunc si caritas, aut aetas, ad ludendum tradant, mò si mentiam ad ludendum illis sternant, & alia ad id necessaria præbeant, vt iedilia, iumen, & similia, restituere teneantur tanquam concussa eius damni iniusti, in defectum tamen eorum, qui res ita alienant, quin & in defectum eorum, qui eas res lucrati sunt, qui omnes, ante eorummodi receptoribus, restituere teneantur. Quòd verò aliquis, sciens aliquos ingreßos esse domum suam ad iudendum, ibique ludere, inde illos non eijciat, restituere non teneatur aliena, quæ ibi iudant, modò eos nõ occultet, & quasi defendat: neque enim ex iustitia, led solum ex caritate, teneatur impedire ludum in ea sua domo, eos inde eijciendo, quòd ipse nihil ad ludum cooperatur, itatem eos defendendo aut occultando.

DISPV T. 734.

De participantibus. Et quousque singuli, in varijs euentibus, restituere teneantur.

S Y M M A R I V M.

- 1. Restituere vt teneantur, varij participantium in furto, aut in damno dato, modi, & quousque vnusquisque restituere teneatur.
- 2. Restituere vnus non teneatur partes aliorum, quando solum fuit occasio vt alij simul furaretur: secus quòd fuit causa, & quibus modis causa esse possit.
- 3. Damna iniusta, qua milites in exercitu dant, quando quòd illa exequuntur, & quando omnes, teneantur ea restituere, hoc est, singuli ea integrè, in defectum aliorum. Et cur non tanto rigore singuli præcipiendi sint restituere, sed vnusquisque moderatè prudētis arbitrio.

Participantes hoc loco dicuntur, quicumque ad iniustitiam, præter modos hæcenus explicatos, coadiuant, siue simul participant re iniuste accepta, seu detenta, siue non. Et quidem, quando aliquis solum in recepta participat, absque vlla iniusta acceptatione ex parte ipsius, non esset participantis, de quo modo loquimur, iuxta ea, que in principio Disputat. 739. dicta sunt: solumque restituere teneatur, quòd de se ex ea re peruenisset, si extaret, aut quantum ex eo, quòd non extaret, factus esset locupletior, vt ex ijs, quas, dum de radice restitutionis ex parte solius rei acceptæ sunt dicta, facillè liqueat.

Inter participantes ergo, de quibus nobis hoc loco est sermo, in primis numerantur, qui cooperantur ad furtum, aut ad quamcumque aliam iniustam acceptationem, vel dampnum iniustum, influendo iniuste ad illud immediate, illudque exequendo, aut postquam res iniuste detinetur, aliquid illius accipiendo, aut retinendo iniuste. Numerantur etiam, qui

mediatores sunt ad iniustitiam executionem, vt sunt viuariorum famuli, qui contractus iniustos, viuariorum nomine, celebrant, pecuniasque recipiunt, & sunt famulus, aut quicquid alius, qui quòd filius familias, aut quòd quisvis alius furatur, sciens, aut præsumendo, præsumere debendo, esse furto ablatum, uendit, aut aliter distrahit, & qui illud similiter emptum, aut quouis alio titulo sibi traditum, accipit, & sunt alij similes.

Numerantur deinde fabri ferrarij, & alij, qui sciens, aut præsumens, præsumere debentes, clauas, aut alia instrumenta, peti ad furandum, aut ad aliud damnum eis inferendum, ea conficiunt, aut tradunt: sunt enim concussa damni sequenti, tanquam cooperantes ad illud ministrando in instrumenta, quibus alij ad id sunt vsuri. Numerantur item, qui scilicet las applicat, aut tenent, quibus alij ascendant ad damnum iniuste inferendum. Et præterea, qui exploratores seu vigilantes sunt eorum, qui dampnum iniuste inferunt, vt illos admonent, quo tutius ac facilius id iniustum dampnum exequantur. Item numerantur, qui illos comitantur, animo eos defendendi, aut quoduis aliud auxilium ad id iniustum dampnum inferendum eis præstant. Ex his exemplis facillè quis intelligat ac iudicabit, oblati ei quouis alio euentu, num in illo dicitur sit aliquis participans in damno aliquo iniuste illato, aut non, vt ex hoc capite iudicandum sit teneri ad illius restitutionem an non.

Vt autem intelligatur, quatum quibus participantium iniuste in damno dato restituere teneatur, respiciendum semper est ad effectum, dampnum ve iniuste datum, atque in illo est attendendum, quatum illius sua causalitate attingit. Et quidem, si totus effectus, dampniue fuit causa, quia videlicet totum id dampnum totalitate effectus, & singulari illius partes attingit sua causalitate, tunc, nihil impediens, q̄ partialitate solum causa fuerit illius causa, quia scilicet alius, aut alij, simul fuerunt cause eisdem totus effectus, restituere teneatur totum effectum, saltem in defectum aliorum, vt explicatum est. Si verò sua causalitate solum attingit partem effectus, dampni ue dati, ita quòd reliqua partes effectus, dampni ue dati, ipse nullo modo sua causa, quia eius sua causalitate non attingit, sed alij inueniunt solum illarum cause, tunc ipse solum teneatur restituere eam partem, quæ sua causalitate attingit, siue illam attingit totaliter totalitate causa, quia ipse solus causa fuit eius partis damni, siue partialiter solum partialitate causa, quia videlicet alius secum causa etiam fuit eius partis damni.

Hinc quando, verbi gratia, multi vineam ingrediuntur, vt vias furentur, aut aliquem alium locum, vt dampnum iniuste dent, distinguendum est: Quoniam, si nullus alium ad id inuitauit, consensum ve ad id illi dedit, neque animo se inimicem defendendi, ac adiuuandi, si vinitor, aut vineæ dominus, compareret, ingressi sunt, sed simul vineam sunt ingreßi, nullo eorum cooperante ad partialem furtum acrieris, nec ceteri forte vnus eorum ingredien do prius alij, occasione illis præbuerit ipsum sequendi, ac dampnum similiter dandi, tunc nullus eorum restituere teneatur, nisi id, quòd ipse accepit: quia nullo modo concurrunt ad partes, quas alij iniuste acceperunt, conuenit save furti, quòd acciperentur: neque enim sola occasio comparatione effectus alicuius dici potest causa illius. Si autem vnus inuitauit aut mouit alios ad furtum illud, ita quòd alij permoti, aut confirmati situatione illius, ingressi sunt ad furandum, tunc, qui alios ita mouit, restituere teneatur, non solum partem, quæ ipse est furatus, sed etiam partes aliorum, quos ita ad furtum mouit: quoniam effectus totalitate earum etiam partium causa suo consilio fuit: eas tamè partes

tes solum restituere tenentur in defectum eorum, qui illas furati sunt, quique magis principales cause eius damni fuerunt: quare, si loco eorum illas restituit, vnusquisque eorum restituere ei tenetur, quod loco ipsius restituit. Hi vero qui, inuitati ita ab alio, furtum commiserunt, alios ad id furtum non permoerunt, solum tenentur restituere vnusquisque quod accepit: quoniam eius tantum damni fuit causa, & non damni, quod alii dederunt. Quando autem multi ita accelerent ad damnum inferendum, quod multum comitatus fuit causa damni ab vnoquoque illorum illari, vel quia nullus accederet ad id damnum dandum, nisi fretus communi defensione, vel quia non preuenerent: id damnum restituere tenetur, non solum damnum, quod per se ipsam immediate dedit, sed etiam in aliorum defectum, restituere tenetur damna, quas ceteri dederunt: quoniam in generali, dum ita sibi mutuo fuerit presidio ac adiutorio ad id damnum dandum, causa fuerunt totius damni ab omnibus dati, totalis quidem totalitate damni ac effectus, licet partialis causa partialitate.

Hinc in damnis, que exercitus iniuste dat, est distinguendum. Quoniam si fuerit talia, que dantur a singulis, vt per accidens sunt coniuncti cu aliis, quia vniuersi dantur, quod vnusquisque iniuste dat, simili modo ab eo daretur, esto non esset coniunctus cum aliis, vt si aliquid ex aliena vinea accipiat in tratu exercitus, minime fretus, quod comitatus accedat, & quando nullus esset, qui impediret, esto comitatus non accederet, tunc solum tenentur restituere partem, quam ipse ita iniuste accepit, non vero partes aliorum, quos ipse ad illas accipiendas non permouit: quoniam nullo modo est causa damni, quod ita alii de exercitu in ea vinea dederunt. Si vero dantur talia, que dantur a singulis vt per se sunt coniuncti cum aliis, ita quod nullus eorum per se ipsum id damnum exequeretur, atque cum effectu illud daret, nisi fretus aliorum auxilio, vt sunt damna, que dantur in congressu exercitus, in direptione vrbium, in depopulatione regionum, in direptione nauium, & sunt pleraque alia, que in exercitu dantur, tunc vnusquisque militum restituere tenetur damnum totum ab exercitu datum, in defectum tamen aliorum, qui non restituerunt partes damni, quas singuli per se ipsos immediate dederunt. Ratio autem est, quoniam singuli milites causa iniusta fuerunt totius illius damni, totalitate quidem effectus, licet partialitate cause. Ita Adria. q. 1. de rest. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 7. Sotus 4. de iust. q. 7. art. 3. Couar. reg. peccatum. par. 2. §. 12. ad finem. num. 2. & alij. Neque mihi probatur, quod ait Naua. in Manu. c. 17. nu. 20. militem scilicet, sine cuius ope dux Borbonius vrbem Romanam tempore Caroli 5. & Clemens 7. diripiisset, non teneri restituere totum id damnum, sed solum id, quod ipse diripuit. Etenim vnusquisque miles in particulari de numero eorum omnium, qui eam vrbem diriperant, dicere vere potuit, sine me ceteri, si ad id conuenerent, diripiissent eam vrbem, ac proinde, ex sententia Nauarri, nullus tenetur restituere, nisi solum partem, quam diripuit aut destruxit, cum tamen nihil damni fuisset ab vnoquoque eorum datum, nisi alij simul conuissent, atque ad eodum exercitus totus fuisset causa totius damni a singularum partium. Quare dicendum est, de iniuria rigore, vnum quemque militem restituere teneri totum damnum ab exercitu datum, tanquam causam totius illius damni totalitate effectus, licet partialitate cause. Vt tamen Caiet. loco citato ait, per impotentiam excusabitur vnusquisque, si restituit, quod commode possit. Ego dicentem, ex praesumpta vrbis voluntate, aut ceterorum, qui ab exercitu iniuste passi sunt id damnum, satis esse h. prg

ter damnum particulare, quod vnusquisque miles in particulari dedit, in super restituere imbecutur modo datur aliquid, prudentis arbitrio, attenta qualitate personæ, & attentis, quod plus, aut minus, cooperatus sit ad damna, que alij dederunt. Neque enim existimandum est, tam inhumano esse Christi fides, vt post damnum ita datum, veniat tanta cum feruoritate obligare eos, qui eo modo causa fuerunt totius illius damni, vt cogant eos restituere secundum vltimum de potentia. Præsertim cum ea in parte non solum essent crudeles ac irrationabiles, sed etiam minus vtiliter suam negotium agerent: eo quod singulos miles omnino arcerent ad restitutionem, militesque in desperationis baratrum mitterent, obligarentque ad rem humano more impossibilis, si velent, vt secundum vltimum de potentia, prout acquirerent bona, ea restituerent, sine vlla spe vnquam integre restituendi, etiam efficiendo totum, quod in totam suam vitam possent.

Qui coadiutores sunt ad executionem damni, quod iniuste datur, & qui consunt, aut tradunt, instrumenta ad id damnum exequendum, qui item featas applicant, aut tenent, quibus ascendatur, vt id damnum detur, itemque, qui exploratores, aut vigilantes, sunt ad eos moneos, qui damnum iniuste dant, & qui illos defendunt, aut comitantur, restituere tenentur totum damnum, quod ita fuerit iniuste datum: eo quod vere sit causa totalis eius totius damni, effectus totalitate, licet partialitate cause. Tenentur tamē solum id restituere in defectum causalium principalium, quas ita coadiuauerunt. Nisi ipsi partes rerum iniuste ablatarum obtinerent, ex pacto inter ipsos ita inito, aut alia ratione: nam fide singulæ partes, tanquam causa principales, restituere tenentur principaliter, & non in aliorum defectum. Si ite aliqui concurrerent ad aliquod iniuste destrudum de communi consilio, & tanquam commune negotium ipsorum omnium agendo, attamen distriberant munera, vt quidam ipsorum vigilantes, in aliorum securitatem, essent, alij applicarent aut tenerent featas, vel aliquid aliud ad id administrarent, & ceteri damnum immediate darent, tunc singuli omnes tanquam causa principales, & non in aliorum defectum, restituere tenentur partes æquales damni iuxta numerum ipsorum omnium, qui ad id ita principaliter concurrerunt: reliquis vero partes eius integri damni, solum restituere tenentur, tanquam concausa partialitate cause, in aliorum defectum, qui illas tanquam causa principales restituere tenentur.

DISPUT. 735.

De mutis, non obstantibus, & non manifestantibus. Et num, qui solum ex caritate ad hec tenentur, restituere tenentur, si illa omittat. Ac vtrum, qui aliquid accipit, vt ea omittat restituere id tenentur.

S Y M M A R I V M. Restituere vt tenentur damna ab alijs iniuste data, tanquam concausa scilicet indirecta, qui nomine muti, non obstantibus, & non manifestantibus, intelligantur. Et qui ex officio tenentur ea impedire, cum quanto suo detrimento ad id non tenentur. Restituere non tenentur tanquam causa indirecta eorum damna ab alijs iniuste data, qui solum ex caritate ea impedire tenentur, etiam si ex odio ea impedire omittant, sed solum qui ex officio seu ex iustitia ad id tenentur, & qui his sunt.

- 3 Accipiens aliquid a fure, vt taceat, quando tenentur illud restituere, quando non item.
4 Restituere non tenentur damnum alteri iniuste datum, qui cum solum ex caritate illud tenentur impedire, velletque id impedire, illud ei dissuasit absque metu, & fraude, esto ex odio eius, cui id damnum parabat, ut efficeret. Secus si vi, dolo, aut fraude, seu mendacijs, id efficeret.
5 Restituere quando tenentur famuli, qui impedire possunt furta & damna, que heri suis sunt, nec impediunt. Quando non item.

Omne muti, non obstantis, & non manifestantis, intelliguntur hoc loco, qui verbo, etiam scripto, aut facto impedire possunt damnum proximo iniustum, an tequam fiat, vel postquam factu est, nec impediunt, cum possint ac tenentur. Hi quippe causa sententur indirecta talis damni, eaque de causa ad restitutionem talis damni in defectum eius, qui illud dedit, tenentur. Damnum vero antequam fiat impeditur, clamando, denuntiando paratum ad delinquendum, aut opem ac auxilium aduersus illum ferendo, vt id damnum impediatur. Postquam vero datum est, ique, qui illud iniuste intulit, refertur id non vult, impeditur, malefactorum denunciando, seu reuelando, sententiam aduersus eum ferendo, vt id damnum restituatur, & non manifestantem, esse causam indirectam damni iniusti ab alio dati, si possit, ac tenentur id impedire, nec impediatur. Quoniam qui impeditur illud non tenentur, non censetur causa eius damni. Sicut Deus non censetur causa eorum peccatorum, que sunt, & potest impedire: eo quod non tenentur ea impedire, vt in Concord. quaest. 14. artic. 13. Disput. 31. & in secunda editione Disputat. 32. ostendimus. Item quoniam licet ex officio tenentur quis impedire tale damnum, si tamen vel omnino impedire illud non possit, vel non sine grauiori reipublice damno, vel non sine periculo propriae vite, ad id non tenentur. Ita D. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 7. ad tertium. Scot. in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 4. §. de secundo, & doctores communiter. Obseruant vero optimē Sotus 4. de iust. quaest. 7. artic. 3. ad 3. & alij. Expēdendum esse iniustum damnum, quod prius, aut reipublice, timetur, expēdendamque esse quantitatem periculi, quod ex eo potestatiouis ac ministris publicis imminet, quod id damnum impedire aggrediantur, vt ex officio aliquo tenentur, simulque expēdendum esse probabilitatem, quæ est, ea via impediendum id damnum repta fore, at tēti, que his omnibus, atque ceteris circumstantijs concurrentibus, iudicandum esse, num aliquando, etiam cum periculo vite, attentare teneantur impedire id damnum. Quemadmodum enim potestas publica obligare aliquando subditos potest, etiam cum periculo propriae ipsorum vite, reipublice subuenire: sic aliquando eadem potestas publica, alijque ministri publici, qui ex officio reipublicam defendere, malaque arceri tenentur, quique ea de causa iniustum accipiunt stipendium, tenebuntur attentare impedire damnum iniustum, quod reipublice aut partibus eius imminet, etiam cum periculo propriae vite. Quando autem damnum non est tale, ac tantum, vt recta ratio exigat, attentare illud vitare, etiam cum probabili propria vite periculo, & multo magis quando temeritas esset id attentare, propterea quod mors inde esset moraliter certa, & nulla, aut perexigua, spes id damnum vitandi, non tenentur se tanto exponere periculo: quia neque ipsi cum tanto vto periculo se intenderunt ad id obligare, neque populi cum eo periculo eos obligare intenderunt,

nihil impediens, quod ad ipsos defendendos, protegendos, ac eruendos a periculis, ac damnis, stipendium condignum eis retribuunt. Atque vt summam res hæc dicatur, prudentis arbitrio considerandum ac iudicandum relinquatur, cum quanto periculo ac onere vnaqueque potestas publica, ministrere publicis, teneatur impedire damnum quodcumque in particulari occurrens, attento gradu talis iniustitiae publici, stipendij, quod accipit, & attentis ceteris circumstantijs concurrentibus: neque certa alio hac de re statui potest regula hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod vero ad secundum attinet, dubium est: Num, qui ex sola caritate impedire proximi damnum tenentur, si id, cum possit, non impediatur, sententur causa indirecta eius damni, ac proinde, teneatur illud ei restituere, in defectum eius, qui itaque causa directa ac principalis, illud dederit: vero is solus censendus sit causa illius indirecta, qui ex officio, seu specialis obligatione, atque ad hoc iustitia illud impedire tenentur: quales sunt publicæ potestates, ministri publici, & uniuersum, qui ad id se stringunt, siue ea ratione stipendium accipiunt, siue non, vt solum custodias, eorum comparatione, que ex officio custodienda susceperunt. Cum his comparatur eos etiam possimus, quibus cura incumbit custodiendi aliquam, ne nocentem alijs inferant. Vt vnusquisque teneatur curare, ne sua pecora, armenta, aut quoduis aliud suum, nocentem alijs det: ita autem sua culpabilis negligentia nocent, de iustitia teneatur restituere damnum illi illatum, quantum de iustitia impeditur ac tenebatur, ne id damnum darent. Cum eisdem possimus computare medicos ac chirurgos, qui alios curandos suscipiunt, procuratores, qui aliquorum defensionem suscipiunt, & alios similes.

Richardus in 4. dist. 15. art. 5. quaest. 4. & apertius Caiet. verb. restituitio, ac maior in 4. dist. 15. quaest. 26. ad tertium affirmat, esto quis ex officio non teneatur impedire proximi damnum, sed solum ex caritate, si tamen commode illud impedire possit, nec impediatur, censendum esse causam illius indirectam, atque ad illius restitutionem teneri. In contraria vero sententia sunt. D. Thom. 2. 2. quaest. 62. artic. 7. ad 3. Alexan. A. ten. & Alti fiodorensis, quos Adrian. quaest. 10. de rest. refert ac sequitur, ac sunt Scot. in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 4. Ioan. Med. de rest. quaest. 9. Sotus 4. de iust. q. 7. artic. 3. Couar. reg. peccatum par. 2. §. 12. Nauar. in Manu. c. 17. num. 18. & doctores communiter. Nempe cum solum censeri causam indirectam damni proximo iniuste illati, ac proinde teneri id restituere, qui ex officio, aut ex speciali alia obligatione, qua non esset ex sola caritate, tenebatur illud impedire, nec impediatur, cum possit, non vero eum, qui ex sola caritate illud impedire tenebatur. Ratio autem est, quoniam peccatum contra solum caritatem, obligacionem restituendi non inducit, sed illud solum, quod iniustitiam violat, vt in eo liquet, qui non pascit fame orientem, aut qui innocentes, qui iniuste interficitur, non defendit. Atque hæc sententia omnino nobis probatur. Si circa eam longiore disputationem desideras, à Adrian. & Med. locis citatis.

Angelus verb. furtum, num. 26. hanc sententiam limitat, vt intelligatur, præterquam, si is, qui ex sola caritate proximi damnum impedire tenetur, dolo id facere omittat, hoc est, ex odio eius, cui id damnum inferat, intentioneque, vt id ei inferatur. Merito tamen ea limitatio communiter à doctores reijcitur. Quoniam praua illa intentio peccatum est solum contra caritatem: quo fit, vt si aliter non inuitat ad id damnum, quam illud non impediendo, quando ex iniustitia impedire illud, non tenetur, ea intentio

acodium obligationem restituendi non inducant. Quia si is, qui ea prava intentione damnū illud non impediuit, interrogatus a domino rei, qui in ea id dānum inuitum esse passus, non sciat, quis id dānum intulerit, ex eadem prava intentione ac odio respondeat, se id nece, ad nullam teneatur restitutionem: quia solum peccat contra caritatem. Vtrum autem; si a iudice interrogatus, idem respondeat, ad restitutionem tunc teneatur, tracta. 5. id examinabimus. Hæc de secundo.

Quod verò ad tertium attinet, dubium est. Vtrum si aliquis accipiat aliquid a fure, vt taceat, restituere teneatur, quod ita accipit. Sotus 4. de iust. quæst. 7. art. 3. & Nauar. in Man. cap. 17. num. 21. non teneri affirmant, quando, quod ita accipit, non erat de bonis furto ablati, sed de alijs bonis furis; & quando, quod illud accipit, non tenebatur ex officio id dānum impedire. Arbitror tamen esse distinguendum; Quoniam, vel fur id in mercedem dedit, cum pacto, vt taceret, vel in donum absolutum, vt accipientem alliceret ad tacendum. Eo modo, quo aliquid mulieri donatur, vt alliciat ad consentiendum in peccatum, abique vno pacto, ac conventiones, quod propter illud in peccatum consentiat. Ac tunc dico. In hoc posteriori euentu non teneri restituere. Quoniam illud est donatio absoluta, sed cum modo solum se habent, vt causa finali seu motiua ad donandum, non verò vt conditione, sub qua esset valida donatio, & sine qua esset inualida, neque item se habent vt graamine, quo non impleto, amitteretur res donata, nihil impediens, quod donans, si sciret ea via donatarium non inducendum ad id, quod in tendebat, non donaret, vt de donatione simili modo facta mulieri ad allicendam eam ad peccandum Disp. 208. & 286. est dictum. In priori autem euentu, quando scilicet aliquid datur cum pacto, & sub conditione expressa, vel tacita, vt taceat, vt regulariter foler dari, credo contra esse dicendum, ac Sotus & Nauar. affirmant. Nempe quando is, qui id, vt taceat, accipit, non teneatur ex officio impedire id furti, neque ea via taciturnitate alicui periculo sua bona exerceat, suam famam, aut suam personam, exposuit, restituere tenetur, quod ita accipit: Secus autem, quando ex officio tenebatur impedire id furti, vel tacendo periculo exposuit propria bona, vel suam famam, aut personam. Quo ad priorem partem duco. Quoniam datio illa non fuit donatio, sed contractus, do tibi tantum, vt taceas; neque id est datum, vel tunc solum taceat, sed vt in perpetuum taceret, nunquam id crimen detegendo, sed perpetuo illam iniustitiam permittendo: cum verò accipiens, sub reatu lethalis culpæ, teneatur ex caritate curare, vt fur dānum iniuste illatum restituat, & quando id aliter non potuerit ad effectum perducere, teneatur detegere furtum; consequens profectò est, vt acceptio illa sit pro peccato in futurum patrandò, atque adeò vt contractus sit nullus: nõ fecus arque est nullus contractus, quo mulier aliquid accipit, vt in futurum copiam sui corporis faciat, in quo euentu potestis, qui illi dedit, illud ab ea repetere, nolendo id, pro quo illud dedit; sicut etiam mulier teneatur non velle id, pro quo id accipit, reddere que teneatur, quod pro eo opere in futurum patrandò accipit: & quemadmodum contractus, quo aliquis accipit aliquid pro homicidio in futurum patrandò, est nullus, teneaturque vterque contractum delictum ab eo contractu ante homicidium patratum, vt Disp. 94. copiose est offensum. Quo fit, vt, qui pro furto tacendo, aliquid a fure accipit, teneatur dissoluere contractum, dicendo, se nolle deinceps consentire furto, pretiumque reddendo, quod pro furto in futurum permittendo, ac tacendo, accipit. Et similitur fur possit dissoluere contractum, dicendo, se vel-

le restituere, neque indignere deinceps ea taciturnitate, ac permissione furti, ac proinde petendo pretiū, quod pro ea dedit; ad quod reddendum teneatur ex iustitia is, qui illud accepit, vt disputatione citata eò probatum fuit. Dico item. Quoniam, posito eum, qui tacendo furtum permittit, nulli se exponere periculo iactura sui honoris ac fame, suorum bonorum exteriorum, aut lationis propriae persone, non video in eo, quod pro tali pretio praestet, aliquid eò pretio dignum; quare, cum datum non fuerit liberaliter ac gratuite ex parte furis, sed in recompensationem pro taciturnitate ac permissione furti, non video titulum iustum, quo accipiens possit iuste illud retinere. Quando verò periculo, exponeret propriam personam, honorem, famam, aut bona sua externa, vel qui tacet, ex officio teneatur impedire in iustum dānum, quod permittit, ac proinde, illud permittendo, super se induceret onus restituendi totum dānum ei, qui illud esset passus, in defectum furis, tunc vt id detrimentum subiret, posset abique iniustitia accipere competentis pretium, iuxta ea que Disp. 94. citata dicta sunt, nec illud restituere postea teneretur danti.

Dubium vltimus est, vtrum si aliquis non teneatur ex officio impedire dānum proximi iniustum, vellet tamen illud impedire, & quidam tertius, qui similiter ex officio non teneatur impedire idem dānum, in causa esset, vt non impediretur, arcendo eum, qui impedire illud volebat, ab illo impediendo: teneatur restituere id dānum illi, qui est passus. Ad hoc, distinguendo, est respondendum. Quoniam si impedimento illi fuit, qui illud impedire volebat, ab aliquo vi, aut fraude, solum illi rogando, ac illud impediret, aut illi proponendo rationes aliquas, minime falsas, vt dicendo, eum, cui dānum paratur, esse sans duntaxat, vel admonendo, ne ea via incurreret odium aliorum, vel ne se exponeret alicui periculo, aut ne curaret sumere molestiam id impediendo, vel limile aliud, tunc ad nullam restitutionem teneatur, esto ex odio illius id efficiet, cui dānum illud parabatur, sed solum peccaret contra caritatem. Probatur, quoniam cum ita impediens, nihil prohibeat, quod ex iniustitia ei illud deberum, cui id dānum iniuste parabatur, neque vsus sit vi, do lo, aut fraude, ad eum arcendum, ne impediret id dānum, qui ex sola caritate illud impedire volebat; fanè nullam iniustitiam aduersus eum committit, cui dānum est illatum, sed solum contra caritatem aduersus eum peccat: perinde atque is, qui ex odio eius, cui alter volebat relinquere bona sua, absque vi, metu, aut fraude, collatoris persuasit, vt ea illi non relinqueret, vt Disp. 727. ostensum est: quare, sicut is, qui cuiusmodi suasionibus dimouetur, ne impediat dānum, quod impedire volebat, solum peccat contra caritatem id dānum non impediendo, quando suasiones sufficientes non erant, vt meritò ab eo dāno impediendo desisteret, ita, qui absque vi, ac fraude, illi persuasit, contra iustitiam in illo eodem euentu nõ peccat, sed solum contra caritatem. Si verò vtriusque vi, metu, aut fraudibus, contra eam contrahentem iuri eius, cui dānum iniuste iniungitur, contra iustitiam peccat aduersus eum, ac proinde teneatur id dānum illi restituere, in defectum eorum, qui illud iniuste ei intulerit, iuxta ea que Disp. 727. citata dicta sunt. Atque in hoc posteriori euentu verum est, quod Ioan. Med. de rest. 9. in fine, & Nauar. in Man. c. 17. nu. 140. hæc de re affirmant.

Quod ad famulos attinet familiaris, qui videtur furti aliqua fieri dominis suis, aut sua dāna eis iniuste interri, neque ea impediunt, cum possint, est dubium, num dicendi sint concausa indirecta eorum dāniotum, teneanturque proinde illa restituere in defectum eorum, qui iniuste illa dederunt, an non. Dicen-

Dicendum autem est. Si illis commissa erat cura, aut custodia eorum rerum, circa quas furtum committitur, aut dānum inferunt, ac peculiariter accipiunt stipendium, vt eorum rerum curam habere, rent, vigilare, vt circa illas, tunc censendos esse concausas indirectas eorum dāniotum, tenerique ea restituere in eorum defectum, qui illa iniuste dederunt. De horum verò num erunt, qui curam habent penus, neque impediunt furtum rerum, que ibi custodiuntur. Item sunt is, quibus traditur clauis ad extra hendum aliquid de aliquo loco, & permittunt inde aliquid furto accipi, aut aliud dānum eis rebus iniuste dari. Quando autem vnus famulus videret alterum famulum, aut quævis alium accipere aliquid de rebus, quarum cura, aut custodia, ac defensio, nullo modo esset ei commissa, ac taceret, non teneatur id restituere: quia non peccaret in eo contra iustitiam, sed contra caritatem ac fidelitatem hereditatam, si commode, ac sine furo notabili detrimento, posset id impedire.

De custodibus, & alijs ministris publicis, in feris disputatione particulari subiiciemus, que hoc loco addenda sunt.

DISPV. 736.

Vtrum, vt aliquis restituere teneatur dānum iniuste datum, satis sit esse concausam iniustam illius; an verò necesse sit esse causam, sine qua id dānum non esset datum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Concausa, aut causa, vt restituere teneatur, necesse est, vt dānum iniuste ex ea verò sit sequutum. Nec plus effectus tenetur restituere, quam quod sua causalitate ac influxu iniuste attingit. Et multa inde inferuntur.
- 2 Qui ei, qui furari quinquaginta intendebat, consilium dedit, vt furaretur potius centum, si dignosci possit, que quinquaginta auxit propter id consilium, tunc consulens solum tenetur restituere, in defectum illius quinquaginta: Si verò dignosci non possunt, restituere tenetur integra centum.
- 3 Restituere tenetur integrum dānum in defectum illud dantis, qui ei, qui decreuerat post decem dies illud dare, persuasit vt statim illud daret.
- 4 Restituere ne teneatur dānum, qui accedentes ad bellum cum aliquibus animo impediendi dānum, quod illi inferre vellent aduersarij, aduersarij eos videntes, & credentes accedere ad illos alios adinuadentes, terga reuertunt cum suo magno detrimento.
- 5 Concausans dānum iniustum, restituere illud tenetur, in defectum causæ magis principalis, esto si ipse non influxisset, sequitur tamen effectus, atque adeo esto non sit causa sine qua non.
- 6 Restituere tenetur pro quantitate dubij remanentis, qui cooperatus ex sua parte est ad dānum iniustum, & facta debita diligentia, an verò sua causalitate attingerit id dānum, dubijs manet.
- 7 Sciens rem aliquam alienam esse, & dubians ad quæritum pertinere, restituere illam tenetur distribuendo illam inter eos, iuxta probabilitatem, que est, ad vnum verisimilius, quam ad alium, eam pertinere.
- 8 Qui suo consilio fuit concausa alicuius dāni, non liberatur ab onere restituendi, esto faciat causam principalem concipere, propositum restituendi, nisi illa opere id restituat.

Quitur de obligatione restituendi ex parte iniuste acceptiois, damniue iniuste dari non verò ex parte rei acceptæ. Atque ea regula generalis est ante omnium statuenda, que ex hæcenus dictis ferè constat. Nullam scilicet tenetur ad restitutionem damni iniuste dati, nisi dānum verè sit sequutum, & nisi sequutum sit ex cooperatione iniusta, influxuue iniuste eius, de quo inquiratur ac expenditur, num restituere illud teneatur; neque plus eius damni teneri cum restituere, quam sit id, quod suo influxu ac causalitate attingit, ita quòd si non totum dānum; effectus totalitatis, attingit, sed partem, non tenetur restituere totum dānum, sed eam solum illius partem, quam suo influxu ac causalitate iniusta attingit.

Ex hac regula multa colliguntur. Primum est: Esto aliquis, ex cooperationibus aliquo eorum modis explicatis, ex sua parte sufficientem causam iniustam dederit effectus iniusti suo consilio, mandato, consensu, suffragio, aut quavis alia ratione, si effectus iniustus inde non sit sequutus: quia vt sequetur, pendebat ex alijs causis, que ad id cooperatæ non sunt, quamuis contra iustitiam peccauerit, ita in iuste ex sua parte cooperando, ad nullam tamen teneri restitutionem. Secundum est: Quando duo cooperantur ad eundem effectum iniustum, si vnus eorum iniuste operatur, alter verò non iniuste, tunc eum solum, qui iniuste est operatus, teneri ad illius restitutionem: non verò eum qui cooperatus est non iniuste. Vt, si aliquis iniuste volebat inferre maius dānum alicui, & alter non alter valens impedire id malum, quam illi suadendo, vt potius minus aliud illi eidem inferat, id illi suadeat, quin & ipsum ad id minus malum in bonis externis inferendum adiuuet: negotium eius, cui inferunt, ea in parte agendo, ad nullam restitutionem tenetur, vt Disp. 730. dictum est: quoniam hic, licet ad effectum iniustum, comparatione alterius concausa, cooperetur, ipse tamen non cooperatur iniuste. Eodem modo, si duo cooperentur ad eundem effectum in se iniustum, vnus tamen eorum exculeatur inuincibili ignorantia, quòd sit iniustus, & alter non item, is solus tenetur id totum dānum restituere, qui ab iniustitia non excusatur: non verò is, qui inuincibili ignorantia culpa excusatur: vt Disputat. 730. dictum de eo est, qui meritò consilium alterius effectus est sequutus, inuincibiliter ignorans, esse iniustum; cum tamen, qui illud dedit, a culpa iniustitiae in eo consilio dando non sit excusatus: simulque adhiberi possunt alia exempla.

Tertium est. Esto effectus iniustus sit sequutus, & tertius quidam, quantum est ex parte sua, id iniuste fecerit, quo influxu iniuste ad eum effectum potuit tanquam concausa iniusta illius, si tamen nihil re ipsa cooperatus est, quia ex suo influxu iniusto non est sequutus, ad nullam restitutionem illius tenetur. Exempla sunt, vt si consilium dedit, vt dānum iniustum daretur vterque, cui tale consilium dedit, iam decreuerat omnino idem dānum dare, ita quòd ex consilio non magis permutus, nec magis animatus & confirmatus fuit ad idem dānum dandum, tunc, qui consilium, ad nullam restitutionem tenetur: quia effectus non fuit sequutus ex suo prauo consilio, esto ipse contra iustitiam peccauerit, id iniustum consilium dando, & esto illo intendit eundem iniustum effectum. Similiter, si suffragium iniustum tulit ad aliquod dānum iniustum & iam tot erant lata suffragia, que sufficiebant ad idem dānum integre & completè dandum, neque ipse suo suffragio in contrarium, poterat ad dānum iam impeditum, ad nullam restitutionem tenetur eius damni iniusti: eo quòd ex suo suffragio, licet iniusto, non sit re ipsa sequutus, sed ex antecedenti-

bis aliorum suffragijs. Habet autem ad verum, etiam si quando tale suffragium iniustum tulit, ignoraret, esse iam lata tota iniusta suffragia, que suffecerunt ad idem damnum iniustum integre ac complete dandum.

Quarto inferant doctores, communitur. Quando aliquis omnino decreuerat furari quinquaginta, & alius illi suavit, vt furaretur centum, eaque consilio iniustus est furatus, hunc iniustum suaforem teneri restituere solium quinquaginta: eo quod eorum tantum fuerit concausa iniusta, non vero aliorum quinquaginta, que iam antea fut omnino furari decreuerat, quando non magis animatus confirmatusque est eo consilio ad furandum illa alia quinquaginta, que iam antea furari decreuerat. Et quidem quando priora quinquaginta, que decreuerat furari, erant certa & determinata, illaque furatus est, & insuper alia quinquaginta, aut quando distinctis acceptationibus furatus est primo quinquaginta, & secundo alia quinquaginta, vel numerando sine interpolatione, postquam devenit ad quinquaginta, alia insuper quinquaginta numeravit ac accepit, res non continet difficultatem: quia consulens, de quo loquimur, solium fuit concausa, vt furaretur postiora quinquaginta. Quando autem simul vnicuiusque acceptio centum accepit, inter que distingui non possunt, que eorum fuerat accepturus, si non accessisset id iniustum consilium, res continet difficultatem: quoniam id consilium iniustum cooperatum videtur ad integra centum, & ad singulas illius partes, effectus totalitate, & non ad medietatem solum. Primum, quia ibi unica fuit volitio iniusta furis; qua imperata fuit acceptio vnica externa iniusta: neque dici potest ad vnā partem effectus cooperatum fuisse iniustum consilium, & ad aliam non ergo continetur ad integrum effectum, totalitate effectus utriusque partium singularum illius, fuit cooperatum. Secundo, quoniam si furtum fuit commissum accipiendum marsum, in quo erant centum, non est maior ratio cur dicas, consilium cooperatum fuisse ad eam acceptioem, vt terminatur potius ad hanc quinquaginta ex eis centum, quam ad aliam ergo vel dicturus es, consilium cooperatum fuisse ad singula quinquaginta, vel ad nihil. Tertio, quoniam si fur intendebat furari quinquaginta, que erant in vno loco, & consilium fuit, vt potius acciperet centum illidem, que erant in alio loco, vel si furari intendebat rem, que valebat quinquaginta, & consilium fuit, vt potius furaretur rem aliam eiusdem, que valebat centum, vt que tale consilium diceretur cooperatum ad totum eum iniustum effectum, & ad singulas illius partes: ergo idem dicendum est, quando vnica volitio ac acceptio iniusta accipiuntur integra centum, inter que non possit distingui, que in particulari addiderit propter id prauum consilium. Sanè in hanc partem inclino, quam confirmat. l. vulg. aris. §. vlt. ff. de furt. Vbi ex hoc fundamento definitur, si multi fuerint trahem, quam singuli portare non poterant, amouere ex proprio loco, singulos teneri totam soluere. Redditurque hæc ratio, quoniam eo ipso cooperati sunt ad totum effectum, cum non sit maior ratio, cur influxus cuiusque eorum terminatus sit potius ad vnā partem effectus, quam ad alias: quia tamen partialitate solium causæ singuli eorum totum damnum dederunt, tanquam principales causæ, que illum executioni mandantur, singuli inter se contribuere tenentur partes suas eius effectus, & suppleri, quod alij non soluerunt, vel quia soluendo non sint, vel quia non comparant. Simile quid definitur. l. ita vulg. neratus. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. vt disp. 697. §. exemplum vero, retulimus ac explanauimus.

Dubium est. Num si aliquis decreuerat dare da-

num iniustum hinc ad decem dies, & suscipi alterius illud dedit statim, teneatur, qui id ita suscipit, illud integre restituere, tanquam concausa iniusta totius illius damni, in defectum eius, qui id damnum iniustum dedit. Dicendum est teneat. Ratio autem est, quoniam ad id totum iniustum influxit, cooperatusque est, vt fieret statim. Adde, nisi si suscipit, vt id damnum statim dat eius potius, qui post decem dies illud dare intendebat, mutare consilium, alijque modis potius id damnum forte impediret.

Ex hac tenus dictis potest facile intelligi, quid dicendum sit ad eum euentum, cuius meminere Adr. quaest. 1. de rest. & Ioan. Med. q. 7. ad tertium. Quidam comitati sunt exercitum, eotamen animo, vt impedirent bellum, atque iniuriam, quam aduersarij parabant. Id vero ignorantes aduersarij, credentesque illos comitari animo dampnum, vna cum illis, ipsi interfecit, terga verterunt, diffidentes, se posse vtriusque simul resistere, eaque ratione dampnum inde ipsi, qui fugerunt, sequuntur furi. In dubium fuit reuocatum, num, qui aduersarios eo animo sunt comitati, restituere teneantur alijs dampnum inde eis sequitur. Dicendum verò est. Si attendentur, attendere debuerunt, id dampnum ex eo suo comitatu posse sequi, neque adhibuerunt competentem rationabilemque diligentiam, ne sequeretur, illos alios de suo animo admonendo, ex eorum que consensu accedendo, restituere id damnum teneri. Quia per se eo accessu causam illius damni prebuerunt, cum iniustitiam peccato ex parte ipsorum, id efficientes, vnde verius similitudinem id damnum sequi poterat, ac primo de eade indirecte fuerunt eius damni, non delinendo ab eo, à quo delinere tenebantur, nisi prius sufficienter cauerent, ne inde alij tenerentur, ac terga verterent. Quod si ex circumstantijs concurrentibus id timere, ad id que attendere, non debuerunt, aut sufficientem adhibuerunt diligentiam, qua alij id sibi precludere non debuissent, tunc, si eum sine peccato accessissent, ita ad nullam restitutionem tenerentur damni abique sua culpa sublequuti.

His ita consiliatis, dubitant doctores, vtrum, vt aliquis restitueret teneatur dampnum iniustum datum, satis sit verè fuisse concausam illius iniustitiam illi quo ex nouem modis explicatis, an verò sit necessarium fuisse cõcausam, sine cuius influxu tale dampnum non fuisset datum. Duobus autem modis venire potest, aliquem attingendo suo influxu & causalitate effectum iniustum, non esse causam sine qua non illius. Vno, quia influxus ad dispositionem alterius causæ principalis, quam coadiuuat, est talis, quod esto ipse non eo modo illum coadiuuaret, nihilominus effectus ex solo influxu alterius causæ sequeretur. Verbi gratia. Est aliquis paratus ad faciendum furtum, & accedit consilium alterius, qui illum magis confirmat in voluntate furandi, tunc consulens, licet reuera in effectum in fluxu, non tamen est causa sine qua effectus non sequeretur: quoniam ex solo furis proposito furtum erat furtum, esto non accederet tale consilium, quo fur magis in eo proposito ac voluntate confirmaretur. Quod si, accedente consilio, fur est furatus, in eaque erat dispositio, quod, nisi accederet id consilium, non furaretur, tunc consulens causa esset sine qua non talis furti. Altero modo euenire potest, aliquem, attingendo effectum, non esse causam sine qua non illius, quia scilicet, si id ipse non fecisset, alter erat illud idem facturus. Quo pacto, qui anteuerit, ac furatus est aliquid, quod nisi ipse esset furatus, alius idem erat furaturus, non dicitur causa sine qua non eius furti; quia, esto ipse id non esset furatus, alius furatus idem fuisset.

nonnulli dicunt. l. i. ff. de furt. §. si quis. l. i. ff. de furt. §. si quis. l. i. ff. de furt. §. si quis.

Potissima controversia hoc loco non est in hoc posteriori sensu, sed in priori. Vt enim Adrian. q. 1. de rest. & alij rectè dicunt, non est cur in controuersiam vocetur, num, qui causa est iniusta damni, non tamen sine qua non, posteriori modo explicato, teneatur illud restituere. Qui enim dampnum aliquod iniuste dedit tanquam causa principalis, quod nisi dedisset, aliquid alius erat daturus, sanè illud restituere teneatur, perinde ac si nullus alius id damnum fuisset daturus: sicut enim, si alius illud postea dedisset, tunc qui illud postea dedisset, teneatur id restituere, ita si ipse anteuerit, priusque id damnum iniuste dedit, teneatur illud restituere, vt Disp. 726. est dictum. Eadem ratione, qui, coadiuuando inultè alium, dampnum cum eo iniuste dat, ad quod nihil ipse adiuuasset, alius erit similiter coadiuuaturus, tanquam causa sine qua non concausa illius, teneatur, perinde ac si nullus alius fuisset coadiuuaturus, neque sequendus fuisset effectus, nisi ipse ad eum coadiuuasset. Simili modo, si duo aliqui simul suo consilio moueant tertium aliquem ad furandum aliquid, quod, seculo prauo consilio, furaturus non fuisset, vterque sanè ita prauè consulentiū teneatur id restituere in defectum eius, qui id est furatus, esto idem effectus foret sequendus, si vnus eorum tantum prauisset id prauum consilium, aut si, vtroque id non consulente, defuturus non fuisset quartus alius, qui idem consulere, acque ex eius consilio idem effectus esset sequendus. Arque hoc potissimum probant rationes Caietani. 2. 2. q. 62. art. 7. & Soti. 4. de iust. q. 7. art. 3. Et quoniam res satis est perspicua, nullamque difficultatem continet in sensu posteriori loco explicato, longiorem ea de re disputationem non facio.

Quod verò ad priorem sensum attinet, multi graues doctores asserunt, vt concausa damni alicuius iniusti restituere illud teneatur, necessarium esse, causam esse sine qua exequutor non daret id dampnum. Si enim, inquit, exequutor idem prorsus dampnum esset daturus, quia ad illud dandum erat iam sufficienter motus, tunc concausa, esto illum adiuuet, eum uealiquantum magis confirmet, non teneatur illud restituere, esto contra iustitiam peccauerit eo modo adiuuando. Huius sententia videtur esse D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 7. & in 4. dist. 15. q. 1. art. vlt. quaest. in cula vt. & sunt Adria. q. 1. de rest. citata. Scot. in 4. dist. 15. q. 2. art. 4. Palud. ead. q. art. 3. Gabr. ead. q. 2. art. dub. 2. Syluest. verb. rest. 3. q. 6. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 20. Couar. reg. peccatum part. 2. §. 22. & alij, tamen eorum aliqui solū loquuntur de consulente & adulate: & quidam eorum mandantem excipiant, eo quod mandans causa sit principalis eaque de causa insequunt, esto exequutor sine tali mandato esset id executioni mandaturus, si tamen mandato firmatus magis fuit ad executionem, teneatur mandans ad restitutionem eius damni. In participantem, qui vna cum alio iniustitiam in effectum, dicitur videntur, eum restituere teneri: eiusmodi est, qui furem adiuvat ad furti accipiendum, & ad portandum pondus, quod solus accipere ac portare non poterat. Maxime quia hic est causa sine qua non; nisi in secundo sensu supra explicato defuturus non fuisset alius, qui furem similiter adiuuaret.

Caiet. & Sotus, locis citatis, & Ioan. Med. de rest. q. 7. & 8. vniuersim affirmant, quando aliquis sua iniusta causalitate ac influxu, verè attingit effectum iniustum, teneri illud restituere, esto non sit causa sine qua non, sed solū confirmet magis exequutorem, aut quous alio modo cum eo cooperetur. Atque in hanc planè inclino sententiam, tanquam in tutiorem, & mihi logè probabilioem: Ducor. Primum, Tom. III. Pars Posterior.

A quoniam is verè est causa iniusta eius damni: ergo quantum illius sua causalitate ac influxu attingit, ita teneatur restituere ex parte iniuste acceptioem: qui enim causam damni datur, illud satisfacere teneatur, vt habeatur. c. 1. de iniur. & dam. dat. Secundo, quoniam si aliqui aggrediantur furtum committere, & constituunt aliquem vigilem, qui ipsos admo- neat, si aliquis adueniat, quo tutius fuerunt, tunc, esto hic vigil constitutus causa sit, sine qua alij nihilominus aggredierentur furtum, illudque ad effectum perduceret, & esto nihil eos admonerit, quia non fuit necesse, teneatur tamen ad restitutionem totius damni tanquam concausa iniusta illius totius, si mans magis ac leuiores reddens socios ad illud parandum: ergo satis est esse concausam iniustum damni firmans magis exequutores, vt restituere teneatur dampnum iniuste datum. Tertio, quoniam non videtur, cur potius quadam ex concausis, sine quibus dampnum fuisset nihilominus datum, teneatur illud restituere, quam alia: autores autem contrariæ sententia: quædam teneri affirmant, & quædam alias non. Obseruandum tamè est, eum, qui scalam, post illam ab alijs appollitam ad furandum, teneatur quidem in de, qui ad furandum per illam ascendit, non magis mouetur, nec magis firmatur in animo furandi, neque est verisimile, quod furtum impeditur, si hic alius scalam non teneret, non videri teneri restituere id furtum, si nullo alio modo ad illud concurrat, vt probè Sotus vbi supra affirmat: quoniam hic nihil est vera in furtum iniustitiam, aut parum admodum: hæc verò omnia moraliter sunt intelligenda. Quod attinet ad forum externum, lege que diximus Disp. 549. §. quando item, & que diximus in calce Disp. 697. §. iust. §. interdu, vbi eam paragra phum, & si milia alia iura, quoad forum externum exsoluimus.

Dubium est. Quid, si aliquis id exhibuit, quod esse mouere aut confirmare magis potuit exequutorem, dubitat verò, an re vera illum mouerit, aut confirmauerit ad effectum iniustum, tenebitur ad restitutionem eius damni? Syluester verb. restituitio. 3. q. 6. Ioan. Med. de rest. q. 7. & alij, respondent. Eum, qui ita dubitat, teneri adhibere competentem diligentiam, vt sciat, an verè causa fuerit eius damni. Si verò, inquit, facta competentis diligentia, dubium adhuc maneat, ad nullam teneri restitutionem: eo quod in dubio melior sit conditio possidentis. Mihi verò est satis dubia hæc opinio. Quoniam, qui per iniustitiam peccatum sufficienter ex se dedit causam damni iniusti, quod re ipsa esse videtur, & dubitat, num ex ipsius causalitate iniusta sit sequutum, ei vtrique comparatur, qui à principio possidente cepit aliquid dubium, an esset videntis, de quo dicendum non est, esse bone fidei possessorem, sed per acta competentis diligentia, teneri ad restitutionem partis valoris eius rei pro quantitate dubij remanentis, vt Disp. 723. conclusioe 3. dictum est: eaque de causa, qui peccata competentis diligentia manet adhuc dubium, an fuerit causa iniusta damni alicuius re ipsa subsequenti, certe pro quantitate dubij remanentis videtur teneri restituere partem eius damni. Con firmatur, quoniam, si confert aliquem trium, quorum quilibet causam sufficientem dedit iniuste alicuius damni, id dampnum dedisse, & vnusquisque eorum dubitat, an ipse id dampnum dederit, sanè omnes tres videntur teneri contribuere, vt resarciatur id dampnum; tenebitur verò vnusquisque plus vel minus contribuere, pro quantitate maioris vel minoris probabilitatis, que erit, ipsum id dampnum dedisse: ergo quod, qui iniuste, quantum est ex se, sufficientem causam damni dedit, dubitet, an sua causalitate dampnum id dederit, sanè per id dubium non debigatur omnino ab onere illud restituendi. Confirmare possumus antecedentem præcedentis confirmationem.

T 2 nis,

nis, quoniam, vt bene dicit Caiet. 2. 2. q. 62. art. 5. ad tertium, & Sotus 4. de iust. quest. 7. artic. 1. ad tertium, qui aliqui habet, quod scit esse alienum, & dubitat, cuius aliquorum trium sit, tenetur illud distribuere inter illos tres, ergo pari ratione, quando constat aliquem tribum dedisse iniuste aliquid damnum, & vnusquisque dubitat, an ipse fuerit, qui illud dedit, tenetur contribuere ad restitutionem illius.

Dubium præterea est. Quid, si consules, aut aliquo alio modo concausa iniusta alicuius damni, quæ admodum iniuste mouit, aut cooperatus est, ad damnum iniuste dandum, sic postea consulat restitutionem, ita vt concipere eum fecerit propositum restituendi, qui damnum tanquam causa principalis dedit, si eueniat, vt totalis causa principalis mutet propositum, aut aliqua alia ratione non restituat, tenebiturne ille alius, qui consuluit, aut aliquo alio modo cooperatus est cum tali causa principali ad damnum iniustum, illi restituere? Respondendum est affirmante: Quoniam eo ipso, quod sua iniusta causalitate id damnum iniustum attingit, illiusque fuit concausa, contraxit onus illud restituendi in euentu, quod causa principalis illud opere non restituat, à quo onere non liberatur ex eo, quod fecerit causam principalem concipere restituendi propositum.

DISPUT. 737.

Quousque, & quo ordine, nouem concausæ explicatæ, executorque ipse, restituere teneantur.

SUMMARY.

1. Restituere ex concausis damni iniusti qui ante quos teneantur, & qualiter quidam contribuere teneantur, & restituat debeat ei, qui loco aliorum restituit.
2. Habens aut consumens rem iniuste detentam, restituere ante alios illam tenetur.
3. Mandans quousque ante alios restituere teneatur.
4. Exequutor quousque ante alios restituere teneatur.
5. Vniuersum quando aliquis restituit, quod alius restituere tenebatur, qui ita tenebatur, restituere ei tenetur, quod loco ipsius restituit.
6. Restituere si teneantur tres contribuendo partes suas, & vnus restituat loco aliorum, secundus, qui restituere accesserit, tenetur primo restituere, non solum partem suam, sed etiam dimidium partis eius, qui nondum restituat.

Vnusquisque horum omnium, qui cõcausa dani iniuste fuerunt, in euentu, quod ceteri non restituunt, restituere tenentur totum damnum, quod ipse sua causalitate, modo præcedentibus disputationibus explicatæ, attingit: id verò damni, quod ipse sua causalitate ac influxu non attingit, restituere non tenetur.

Quod verò attingit ad ordinem, quo restituere teneantur, dicendum est. Si apud aliquem eorum permanet aliquid, in quo alius iniuste fuit læsus, tunc is ante omnes alios tenetur id restituere: quod si, post vsurpationem, ipse illud iniuste confirmat, aut alienet, tenetur etiam ipse ante omnes alios id restituere, nisi de mandato alterius, damnum ipse dederit, atque in præmium id ab illo acceperit: nam tunc mandans, etiam ante hunc, tenetur id restituere, tanquam principalior causa. Multo magis, si alicui relictum vel in depositum aut custodiam, esset aliquid iniuste ablatorum, ipseque id consumeret, aut

alienaret, tenetur ante omnes alios id restituere. Restituente verò eo, qui ita aliquid iniuste acceptum retinet, aut iniuste postea consumpsit, vel alienauit, tunc ceteri deobligati manent à restituendi onere. Quod si hoc disparente, aut restituente non volente, vel non potente, aliquis aliorum loco huius restituat, tunc postea restituere id illi tenetur, qui loco ipsius restituit.

Secluso euentu, in quo aliquis ratione ipsius rei, quam tenet, aut iniuste consumpsit, vel alienauit, restituere ante omnes alios tenetur, si, inter damnum iniuste dantes, reperitur aliquis, qui id damnum dari iussit, ita quod ex imperio & mandato illius datum est, ceteris id exequentibus, aut ad illud dandum cooperantibus, vt iustionem implerent, ne gotiumque illius agerent, tunc is solus mandans tenetur id totum damnum restituere tanquam causa magis principalis illius: eoque ita restituente, exequutor, & ceteri, qui eiusdem damni fuerunt concausa, deobligati omnino manent à restituendi onere, ita vt, neque ipsi mandanti, qui totum damnum restituit, quicquam restituere teneantur. Si autem, in defectum iubentis, qui vel non comparuit, vel non vult, vel non potest restituere, aliquis aliorum id damnum restituat, tunc iubens tenetur ei id totum restituere: eo quod loco illius, atque in illius defectum, id restituere. Hæc D. Thom. 2. 2. questio. 62. artic. 7. ad 2. & doctores communiter. Obserua tamen, si exequutor damnum iniuste dedit, iustus quidem ab alio, at tamen mandatum non fuit eo la principalis causa, quasi exequutor solum negotium mandantis agere intenderit, sed simul ipse, aliunde motus, voluit idem damnum dare, quasi agens simul suum negotium, aut alterius cuiusdam tertij, tunc, quia iubens ille non fuit solus causa principalis, sed simul fuit principalis causa exequutor ipse, suum, aut cuiusdam tertij, negotium agens, utique exequutor contribuere tenetur cum mandante ad restitutionem eius damni pro rata, attendita quantitate influxus & causalitatis cuiusque eorum in ratione causæ principalis eius damni, ita videlicet, quod si a qualiter fuerunt causa illo modo totius illius damni, vnusquisque eorum locum teneatur contribuere dimidium: si verò vnus eorum plus illo modo fuit causa eius damni, quia magis eius iniuriam fuit datum, plus pro rata contribuere prudentis arbitrio teneatur.

Quando nullus ad damnum iniustum conuenit, cuius autoritate, imperio, seu mandato, sit datum, tunc exequutor tenetur ante omnes alios restituere id totum damnum: eoque restituente, manent ceteri omnes deobligati ab illius restitutione, ita vt neque ipsi exequutori, qui damnum totum restituit, quicquam restituere teneantur. Ratio autem est, quia inter ceteros omnes, solus exequutor censetur causa principalis, cui perinde restituendi onus incumbit. Quo fit, vt si ceterorum aliquis, vt consulens, adulator, non obstant, aut aliquis alius, in defectu exequutoris restituat, tenetur postea ei exequutor restituere id totum, quod in ipsius defectum restituerit. Nomine autem exequutoris intelligi eos omnes, qui immediatè influunt ad damnum. Vnde, qui instrumenta faciunt, ac tradunt, & qui scilicet applicanc, vt alij ascendant, ac damnum dent, restituere non tenentur damnum, nisi in illorum defectum, qui illud exequuti sunt. Obserua tamen, quando aliqui concurrunt ad damnum dandum, illudque æqualiter participandum; aut de communi consensu concurrerent ad delictum aliquod omnium nomine patrandum, tunc, est illud per vnũ, aut duos, mandarent executioni immediatè, omnes tamen contribuere tenentur æqualiter ad id damnum restituendum: quia omnes æqualiter essent causæ prin-

principales talis delicti. Quod si aliqui inter eos sint principales, & alij minus principales, tunc iuxta proportionem concursus cuiusque eorum tanquam causæ, cuius nomine & autoritate delictum executioni mandaretur, tenentur contribuere ad restitutionem. Si esset societas latronum, vt prædam inæqualiter inter se diuiderent, quia quidam eorum essent magis præcipui, fortiores, aut industriores, tunc iuxta proportionem diuisionis prædæ, inter ipsos communi consensu constitutæ, cõtribue re etiam tenentur ad damna, tanquam causæ eorum damnorum principales.

Quando inter exequutores damni vnusquisque sibi accipit, quod furripit, aut concurrunt communi consensu ad furtum, aut ad aliud damnum dandum vnquoque suum negotium agente, & nõ aliorum, tunc vnusquisque tenetur restituere, quod ipse accipit, aut damnum, quod ipse dedit. Quod si aliquis aliorum, in defectum huius restituat, quod hic vsurpauit, aut damnum, quod hic dedit, quia fuit aliquo modo concausa eius partis damni, tunc, qui id damnum, tanquam exequutor illius, dedit, tenetur illi aliter restituere, quod loco ipsius restituit. Lege, quæ de participantiibus in eodem delicto Disput. 734. dicta sunt. Et quando vnus, in defectum aliorum, restituere tenetur, quod non item: neque enim est opus illa hoc loco repetere.

Consulens, & consentiens, quando nõ fuit causa principalis damni, iuxta ea quæ Disput. 730. & 732. dicta sunt, palpo, receptor, seu defensor, mutus, non obstant, & non manifestans, quando ad restitutionem non tenentur ex parte rei acceptæ, quia nihil eorum, quæ fuit ablata sunt, ad ipsos peruenit, sed solum restituere tenentur tanquam concausa iniuste damni ab alijs danti, tunc solum restituere tenentur in defectum exequutorum, aliarumve causarum principium eorumdem damnorum: quod si aliquid in defectum eorum restituunt, tunc illi, in quorum defectum restituunt, restituere ipsis tenentur, quæ loco eorum restituunt. Atque si multa concausa eiusmodi minus principales conuerterit simul cum causa principali ad damnum iniuste datum, neque causa principalis illud restituere possit, aut velit, ita quod, in defectu illius, alia minus principales restituere teneantur, tunc omnes minus principales, nulla aut aliam, tenentur contribuere ad restitutionem eius damni vel minorem influxum ac causalitatem cuiusque ad id damnum. Quod si aliquæ earum non contribuant, vel quia nolunt, vel quia non possunt, reliquæ contribuere tenentur totum damnum: quoniam semper vnusquisque eorum tenetur restituere damnum in solidum, seu integrum, comparatione eius, cui damnum iniuste est datum in euentu, quod aliunde non fiat ei integra restitutio. Principales tamen causa tenentur ei restituere totum, quod loco ipsius restituit, vt dictum est, & in defectum causæ principalis tenentur minus principales ei restituere, vnusquisque, quod loco illius restituit, quin & contribuere ei tenentur pro rata eorum vnusquisque, quod loco aliarum concausarum minus principium restituit, quando illa nolunt, aut non possunt, illud restituere, vt in vltimo dubio huius disputationis dicebimus. Ratio autem cur inter eiusmodi causas minus principales, nulla teneatur restituere loco aliarum, nisi quando sua hec iustitia non vult, aut quando restituere non potest, hæc est: Quoniam nulla earum est principalis comparatione alterius, sed singulæ causæ sunt iniuste damni per exequutores, illam mouendo, aut defendendo, vel damnum ei non impediendo, quod ex iustitia impeditur tenetur.

Dubium est. Num vnusquisque, quando aliqua Tom. III. Pars Posterior.

concausa, in defectum aliarum, restituit, quod alia tenebantur ac debebant restituere, teneantur illæ alia ei restituere, quod in ipsarum defectum restituit. Ceteri. 2. 2. questio. 62. artic. 6. ad tertium, cui ex parte consentire videtur Sotus 4. de iust. quest. 7. artic. 3. ad 2. quibusdam vniuersis distinctionibus. Quod scilicet, quando aliquis restituere tenebatur ratione rei acceptæ, quam apud se haberet, vel quam habuit, ac consumpsit, aut alienauit, si alius in defectum illius restituat, tanquam concausa, que in illius defectum tenebatur, tunc tenetur ille alius huic restituere, quod in illius defectum restituit. Quando verò solum tenebatur restituere ratione iniuste acceptionis, seu damni dati, destruendo, aut deteriorem reddendo, rem alterius, tunc interdum restituere tenetur, interdum non item, iuxta distinctiones quasdam, quas adhibet. Alij, quos Ioan. Med. questio. 8. de rest. refert, ex alio fundamento affirmant, eum, cuius loco concausa alia damni restituit, non teneri illud ei restituere. Quia videlicet, cum talis concausa fuerit etiam in culpa eius damni, indigna est, cui restituatur, quod in recompensationem eius damni ipsa dedit: quia de causa in exteriori foro non conceditur ei repetitio eius, quod ita soluit.

Est tamen statuenda hæc vniuersalis, contraria vtriusque sententiæ, conclusio. Quando vnusque concausa aliqua restituit aliquid in defectum alterius, qui id restituere tenebatur, is, in cuius defectum id restituit, tenetur ei restituere, quod loco illius restituit. Hæc conclusio videtur esse apertè D. Thom. 2. 2. questio. 62. artic. 6. ad tertium, & est communis, vt ibi Caiet. consuetur. eam etiam affirmant Io. Med. questio. 8. citata, Couar. reg. peccatum. par. 2. §. 12. & alij. Probatur verò, quoniam, qui ita restituit, subit onus, quod alius de iustitia subire tenebatur: neque intendit liberare illum alium ab onere, sed liberare se ipsum, tribuendo, quod alius tribuere tenebatur, interim dum ille alius id non soluit: quare, cum ex eo, quod fecerit, quod tenebatur, non sit deterioris conditionis, neque ex eo, quod alius non fecerit, quod tenebatur, sit futurus melioris conditionis; præsertim cum, qui in illius defectum restituit, non intendit exonerare illum, eumque meliori conditionis efficere, sed solum facere, quod pro tunc ipse loco illius facere tenebatur; consequens profectò est, vt is, in cuius defectum restituitur est facta, reddere illi teneatur, qui eam fecit, quod loco illius soluit. Confirmatur, quoniam, dato contrario, resultaret maxima inæqualitas, sique, qui ex sua necessitate restituere non vellent, quod de iustitia tenebatur, ex sua iniquitate ac iniustitia reportaret commodum, ac liberationem à iustitia onere, cum grauiamine ac damno alterius, quod nullum ius, nullaque æquitas, patitur. Falsum autem est, huic in foro exteriori denegandum fore repetitionem eius, quod loco alterius restituit, ab eo, cuius loco illud restituit. Quamuis, si ea occasione detegeret delictum vniuersi que præteritum, id delictum aduersus vniuersumque talium dispositionem, puniretur.

Dubium deinde est. Quid si, verbigratia, tres contribuere æqualiter teneantur ad restitutionem duodecim, (aut etiam inæqualiter) in quibus aliquis ab eis iniuste fuit læsus: & vnus eorum illa integra restituat, in defectum aliorum, qui portiones suas restituere non poterunt, aut noluerunt: atque postea vnus aliorum duorum, penitentia ductus, aut factus soluendo, velit restituere: satisne tunc erit, si restituat sua quatuor, in euentu, quod æquales portiones teneantur restituere, an verò æquales restituere sex, quatuor loco sui, & duo loco alterius, qui nondum vult restituere, aut nõdum potest restituere, ita vt illa quatuor diuidantur inter ipsum, & in-

Conclus.

6

ter alium, qui iam antea restituit? ut tacere tenebatur, si à principio de communi consensu cum illo alio restituerent, quod ipsi tenebantur, & quod tenebatur restituere tertius ille, qui sua nequitia, aut sua impotentia, nondum restituit. Atque respondendum est: tenebit restituere, quoniam aequaliter tenebit restituere cum eo, qui primo loco restituit: quippe cum non minus teneatur ad integrum debitum, in defectum aliorum, quam primus, neque minus teneatur restituere onus eius, qui non restituit, quam teneatur, qui loco utriusque à principio, in utriusque defectum, restituit. Postea verò tertius, qui nondum restituit, tenebitur restituere unicuique eorum duo, quia loco ipsius restituerunt.

DISPUT. 738.

Si is, cui facièda est restitutio, remittat vni concausarum damni iniuste dati obligationem restituendi, num reliquæ concausæ eiusdem damni manent nihilominus obligatæ in solidum.

SUMMARY M.

- 1 Quando multi in foro conscientia restituerent aliquid tenentur, quando remissio facta à vni à creditore, alios deobligat, quando non item.
2 Remissio pena, quia multi in foro exteriori tenentur pro eodem delicto, si fiat vni, non deobligat alios à pena debito. Nisi contrarium circa aliquod delictum sit lege sancitum.
3 Remissio si facta sit ei, in cuius defectum alij tenebantur id solvere, si idem debitum à concausis in foro exteriori petatur, committitur contra eos peccatum contra iustitiam, cum restituendi onere, quod ita solvitur, & damna ea via illis data.

Argumentum primum.

Arts affirmans suaderi potest. Primò, quoniam, quando sunt diuersæ obligationes ad eandem rem, ex eo, quod vna tollatur, non continuò tollitur alia: vt si aliquis teneatur non fornicari, non solum præcepto iuris naturalis, decalogi, sed etiam ex voto, aut ex iuramento, quo ad idem factum est, sanè ex eo, quod dispensetur in eo voto, aut iuramento, & quòd tollatur obligatio, quæ inde emanabat, ad virtutem religionis spectans, non tollitur altera obligatio iuris naturalis: in re autem propòsita, multæ concausæ iniuste eiusdem damni habent vnàqueque suam obligationem in solidum, vt illud restituant: ergo ex eo quòd is, cui facièda est restitutio, remittat vni earum obligationem, quæ ei tenebatur, nõ proinde reliquæ manent deobligatæ, sed perinde tenentur in solidum, ac si illi alteri non esset facta remissio suæ obligationis.

Secundum.

Secundò, si vna earum cõcausarum impotens efficiatur ad restituendum, tollitur illius obligatio, neque ea de causa reliquæ concausæ desinant esse obligatæ in solidum, vt antea erant: ergo à simili, esto creditor remittat vni earum obligationem, quæ ipsi tenebantur, non desinent alia manere obligatæ in solidum, vt antea erant.

Obseruandum est. Nos posse loqui, vel de remissione obligationis eius restitutionis, quæ in foro conscientia debetur, damni iniuste à multis concausis dati: vel de remissione eius, quod iniuste læsus poterat in iudicio petere ratione delicti. Hac distinctione præhabita, sequentibus conclusionibus satisfaciendum est questioni propòsita.

Prima est. Si loquamur de obligatione restituendi in foro conscientia, tunc, si remissio fiat ei qui solum in alterius defectum restituere tenebatur, reliqui, ex ea remissione, non manent deobligati, sed perinde tenentur, ac si facta non esset talis remissio. Excepit, nisi, inter remanentes essentialitè concausæ, quæ solum teneatur in defectum concausarum principalium: nam tunc, licet eiusmodi concausæ non manerent omnino deobligatæ, manerent tamen deobligatæ à portione, quam concausæ, cui remissa est obligatio, contribuere teneatur, in defectum, quòd causa principalis non restituerunt, aut quòd aliqua concausarum minus principalium non contribuere, quod, in defectum concausarum principalium, contribuere tenebatur, iuxta ea quæ disputatione præcedente explanata sunt. Adhibeamus exemplum. Si vnus fuit concausæ damni iniusti, quia confecit clauces, quibus daretur, alius, quia consilium dedit, vt id damnum daretur; & alius, quia tanquam causa principalis in suo solum commodum, solumque solum negotium agens, damnum exequutus est, reque ipsa illud dedit; tunc ex eo, quòd is, cui id damnum iniuste fuit datum, remittat obligationem sibi restituendi ei, qui clauces confecit, de obligati non manent exequutor, qui tanquam causa principalis id damnum dedit, & qui consilium dedit, qui solum tenetur ad restitutionem in defectum exequutoris: sicut & is, qui clauces confecit, solum tenebatur ad restitutionem in defectum eiusdem exequutoris. Caterum si exequutor non restituit, in defectumque illius restituere debeat, qui consilium dedit, tunc, quia is, qui clauces confecit, contribuere debeat cum eo, qui consilium dedit, ad eam restitutionem: vique tunc, qui consilium dedit, non tenetur restituere totum damnum ab exequutore datum, sed solum portionem illius, quam cum eo, qui clauces confecit, contribuere tenebatur: neque enim remissio facta à creditore illi, qui clauces confecit, debet cadere in præiudicium consiliiarii, eamque grauare: quin potius eo ipso, quòd creditor eam remissionem fecit, remissio teletur, ac pro impleto habere, grauatè totum, quòd is, qui clauces confecit, super se induxerat. Conclusio ita imitatur, ac declaratur, probatur. Quoniam obligatio caterorum in nullo pendeat ab obligatione eius, cui remissio facta: neque talis remissio in vltum præiudicium caterorum cedit, vt explanatum est, quin potius in exemplo propòsito cedit in consiliiarii commodum, qui eo ipso, quòd talis remissio facta est, non teneatur ad restitutionem in defectum eius, cui illa facta: ergo potest optime creditore eam remissionem facere, manentibus cæteris obligatis, vt antea erant.

Secunda conclusio. Quando concausæ aliqua restituere aliquòd tenebatur, & non in defectum alterius, si creditor illi obligationem remittat, manent cæteræ eo ipso deobligatæ à restitutione eius, quòd illa restituere tenebatur, vt si causa principalis remittat obligationem restituendi, manent reliquæ concausæ deobligatæ à restitutione eius, quòd in defectum illius restituere tenebatur. Conclusio hæc facta est perspicua, quoniam obligationes cæterarum concausarum, de quibus loquimur, dependentes erant ab obligatione principalis: quia solum tenebantur in defectum illius, si non posset, aut non vellet, suam obligationem impellere: sublata autem obligatione principalis, cui cæteræ nuntuntur, sublata quoque ipsa manent cæteræ.

Tertia conclusio. Si sermo sit de remissione delicti in foro exteriori, atque de remissione actionis, quæ læso aduersus delinquentes competit ad penam, quæ vnusquisque eorum pro eo delicto est dignus, tunc indifferenter potest læsus remittere penam & actionem, quibus vnusque illorum voluerit, & intendat.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

tare actionem aduersus reliquos, exigendo penam. Excepit, nisi in euentu aliquo id iure positum sit prohibitum. Probatur conclusio, quoniam vnusquisque eorum, qui concausæ iniuste fuerunt eius delicti, & in culpa sua propria ac peculiari, factusque est debitor suæ propria ac peculiari penæ ratione eius culpæ, idque non in defectum, quòd alius puniatur: ex eo enim, quòd alij puniuntur, vnusquisque eorum desinit alius esse dignus ac debitor suæ peculiari penæ pro suæ propria culpæ quantitate: ergo poterit læsus remittere quibus voluerit suam actionem ad penam, illis penam condonando, non remittendo actionem ac penam alijs.

Quarta conclusio. Si læsus debitum, damni iniuste dati compensationem, remittat ei, qui principaliter tenebatur ipsi illud restituere, peccat, si in exteriori foro petat, vt, qui in defectum illius tenebatur illud solvere, illud ipsi soluant. Atque, si quid ita ab eis extoritur, teneatur id illis reddere. Quia, si ijs, à quibus ita petetur, constiteret de tali remissione, possent in eodem exteriori foro excipere, illi, vt obijcere, tam id debitum remittendum esse illi, qui principaliter illud soluere tenebatur, & in cuius defectum ipsi id soluere tenebantur. Verbi gratia, si quis aliquem iniuste percussit adiutus ab alijs duobus, quos ad id inuenerat. Tunc, si percussus condonet principi percussori expensas, non poterit illas in iudicio, aut extra iudicium, petere ab illis alijs duobus, qui percussorem adiutarunt: si autem eas ab illis petat & accipiat, teneatur illas eis restituere. Ratio huius conclusionis est, quoniam debitum pro damno iniuste dato, præcisè sum pro à pena pro eodem delicto quando ab eis debetur, qui solum in defectum alterius teneatur illud soluere ac restituere, est dependens ab obligatione eius, qui principaliter restituere illud tenetur, atque in defectum eius, cum id non soluit, vt soluere illud tenetur: quare, & desinit ea obligatione ex eo, quòd formaliter aut virtuale satisfecit, remittente illi ita eam obligationem, desinit quoque obligatio caterorum, qui in illius defectum eadem illud tenebatur, & quæ de causa, si quid tunc ex eis in recompensationem damni illius accipiatur, accipitur, quod non debeant, ac proinde teneatur accipiens illud eis restituere. Cõsentiant cum dictis hæc & præcedentibus conclusionibus, quæ Disput. 62. sunt dicta.

Ad duo argumenta propòsita, quatenus cum his conclusionibus pugnare alicui videri poterunt, dicendum est.

Ad primum argum. Ad primum, maiorem esse veram, quando vna obligatio non pendet ab alia, vt obligatio ad non fornicandum, quæ est ex iure naturali, non pendet ab obligatione superaddita ex iuramento, aut ex voto, ac proinde hæc secunda sublata, manet prima: falsum verò esse de obligatione, quæ omnino pendet ab alia, qualis est concausæ minus principalis damni iniuste dati, ab obligatione causæ principalis eiusdem damni: vnde, sublata obligatione causæ principalis, tollitur omnino obligatio causæ minus principalis.

Ad secundum negandum est antecedens, nempe per impotentiam ad restituendum alicuius ex concausis, tolli obligationem, quam habebat ad restituendum: impotens quippe adhuc manet cum obligatione restituendi, quando poterit, sed solum impotentia ad restituendum excusat à peccato non restituendi, interim dum illa perseverat, & reddit talè impotentem inhabilem pro tunc ad restituendum, ratione cuius inhabilitatis tenentur alia concausæ eiusdem damni iniusti restituere loco illius, & ille obligatus manet ad reddendum, quod loco ipsius fuerit restitutum, quando ipse reddere illud poterit.

Quarta conclusio.

Ad primum argum.

Ad secundum.

rit, si ipse sit causa principalis, aut alia que exonerata nondum sit ab onere restituendi, iuxta ea quæ conclusionibus propòsitis, & disputationibus præcedentibus, dicta sunt.

DISPUT. 739.

Custodes diuersarum rerum, & alij ministri publici, qui ex officio ad aliqua tenentur, quousque pericuri sint, contra iustitiam peccent, atque ad restitutionem teneantur.

SUMMARY M.

- 1 Custodes, qui inuigilant circa aliquid iniustum, aut iniquum, peccant id, cuius curam habent, exequendo, & tenentur restituere damna ea sua vigilia alijs subsecuta, (regulariter in defectum principalem, qui id minus ipsis iniunxerunt) nisi excusantur inuincibilis ignorantia, aut parendo in dubio, quod expellere non possunt, superioribus: neque eos obligat iuramentum de ea re exequenda.
2 Custodes, & alij ministri publici, si id, cuius curam habent demandatam, illicitum non sit, sequè astrinxerunt iuramentum certam formam circa id seruare, quoties illam non seruant, peccatum pericuri lethale incurunt, nisi absque dubio intelligat, qui eos iuramento illo astrinxerunt, non intendisse in eo eum tu eos obligare: neque sunt absoluenti, nisi serio proponant, id deinceps non facere, nisi obtenta prius relaxatione quoad id iuramenti.
3 Custodes, & ministri publici, si dissimulationem, aut negligentiam ipsorum, damna dentur circa ea, quorum curam habent, vt qui non soluentur tributa debita, aut alia ratione restituere illa tenentur illis, quibus subsecuta sunt, in defectum solum eorum, qui illa dederunt.
4 Custodes, & alij ministri publici, si solum ea permittant, ex quibus nullum damnum sequitur, nec debetur aliquod tributum, sed solum ea facientes subiacent pene, tunc, qui hæc efficiunt, ad nullam restitutionem tenentur: neque tenentur soluere penam, quam incurrent, nisi post latam sententiam. Peccant verò transgressores legem iustam.
5 Custodes, & alij ministri publici, qui eos, qui in penas iuste impostas inciderunt, condemnari, vt eas soluant, non curant, aut qui negligentes sunt in illis inquirendis & comprehendendis, vt eas soluant, de iniustitia rigore restituere enolumentum eorum tenentur illis, quibus erant applicanda, si cum tanto onere minus sit ipsis iniunctum, eaque sit voluntas eorum, quibus pene sunt applicatæ, & qua moderatone id sit condendum. Et quid quando pena est corporalis. Et quid quando minister publicus facultatem dedit, vt id fieret, pro quo pena pecuniaria est statuta.
6 Custodes, & alij ministri publici, quando restituere non tenentur, quod acceperunt, vt aliquid fieri permitterent contra minus suum, illo iam opere impleto, & quando restituere tenentur.
7 Custodes, qui in consensibus regnorum donationes à transigentibus extorquent, ne eos vexent restituere illas eis tenentur.
8 Custodes sylvarum, & alij similes, licet possunt se abscondere, vt transgressores captant leges transgressores, neque regulariter tenentur restituere dominis sylvarum damna, quæ transgressores interim dant.

Hæc